





*22.*

*P. 369*

*Q. D. B. V.*

DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA  
DE EO QVOD IVSTVM EST  
CIRCA

# ORATIONEM DOMINICAM, vom Säfer Unser/

*Quam*

Divina Assistente Gratia

PRAESIDE

Illustri atque Excellentissimo VIR O

Dn. CHRIST. WILDVOGELIO,

ICTO Consummatisimo,

Serenissimo Principi Saxo-Isenensi a Consiliis intimis, Curia Serenissim.  
Saxoniz Ducum Provincialis Consiliario splendidissimo, nec non Ante-  
cessore in Alma Salana gravissimo ut & Scabinatus ac Facultatis Iuri-  
dice Primario Attestore,

Patrono, Preceptore ac Hospite suo etatem devenerando  
PRO LICENTIA

Summos in utroque Iure honores rite capessendi  
publicae Eruditorum disquisitioni submittit

M. IO. GOTTLIEB OLEAR IVS, Hala Magd.

Fac. Phil. Ien. Adiunctus.

Ad. D. 20. Febr. M DCC XII.

---

IENAE, Litteris Mullerianis.



DEUTSCHES  
ORATIONES  
DOMINICANAS  
ET  
MISSAL

# ORATIONES DOMINICANAS ET MISSAL

Divers Varietates Orationis

STABES D. G.

Wittenbergensis Eximia Typographie V. 160

Dn. CHRISTI. A. II. D. AGENTIO.

ICLO. Contra intermissionem  
Gloriosissimi Sacerdotum Sacrae Missae. Canticorum intermissione  
S. Pauli ad Corinthus. Etiam de laudes. Etiam de festis. Etiam de  
litteris. Etiam de fidelibus. Etiam de misericordiis. Etiam de  
patribus. Etiam de martyribus. Etiam de sacerdotibus. Etiam de  
fratibus. Etiam de fratibus. Etiam de fratibus. Etiam de fratibus.

ICLO. DISCINTIA

Sententias in modis. Intermissiones. Etiam discintias.

Thullius. Thullius. Thullius. Thullius. Thullius. Thullius.

W. IO. GOTTLIEB. OTTAWA. Herausgabt.

Iac. Petri. Iac. Petri. Iac. Petri.

AF. O. IO. Epif. M. DCG. XLI.

LEWIS. LEWIS. LEWIS.





## PRAEFATIO.



Iraberis, L. B. quod *Orationem*, quam vocant, *dominicam*, secundum iuris Iustiniianei regulas, explicantam mihi sumserim. Sibi enim hanc orandi formulam nullo non tempore vindicant, quibus sanctiorem rimari scientiam licet. Nec falcem tamen in alienam messem immitto, aut rei, ad me non pertinenti, me immiscendo, culpam incurro, prohibente id ipsum l. 36. ff. de R. I. dum pondero, quae sit Iuris-prudentia, rerum quippe tam *divinarum*, quam *humanarum notitia*, juxta §. 1. I. & I. l. 10. ff. eod. iunct. l. 2. lex est omnium. ff. de L. L. Et quod juris civilis quoque prudentia circa res ae-

que humanas ac divinas versetur, id ipsum constitutiones summorum Imperantium in primis Codicis titulis, nec non pluribus Novellarum sanctionibus abunde declarant. Conf. STRVIVS, *Progymn. ad Cod. GROTIVS, de Jure Summar. Poteſt. circ. Sacr.* Nec incongrue proinde VLPIANVS ICtos IVSTITIAE SACERDOTES appellat in I. I. §. 1. ff. d. I. & I. vt ideo juxta praxin nostrorum Consistoriorum ICTi in iisdem Praesides sint & directorum gerant. VVEBER. de I. *Confessor.* Praeuerunt pariter atque ad juris fontes theologica themata applicarunt viri magni quidem nominis, tam inclytæ hujus Salanae, quam aliarum Academiarum. Ecquis enim nesciat GE. ADAMI STRVII felicissimum *de Inuocatione nominis divini*, conatum: L. B. de LYNCKER de eo, quod circa Baptismum & S. Coenam licet, exercitationes? Ecquis ignoret controversam satis IO. SAM. STRYKII de Sabbatho disceptationem? ad manus est ACHATII CHRISTIANI RANGERI de *Iure Baptismi* dissertatio. De Poenitentia ecclesiastica discursus edidit IO. FRID. KNORRE. De eo quod circa varia festa: circa conciones funebres justum est, & de Cantibus Angelicis scripsit, quem primo nominare loco debuisse, Illustris atque

ex-

(5) 80

excellentissimus DN. PRAESES, cuius suasu & instinctu hunc suscepi laborem. Quare nec mihi, qui per decennium fere sanctioris doctrinae semitas scrutatus sum, vertetur vitio, si, postquam arcano quasi instinctu ad Themidos culturam tractus, quaedam de *Oratione dominica*, quantum ad Iurisprudentiam spectat, commenta vero. Et si praeter spem quaedam irrepserint, quae hujus loci nec maneris esse viderentur, illa sine aliorum injuryia, efflagitante ita materia, posita volo. Ut denique L.B. habeat, qua methodo haec pertractanda sit disquisitio, quaque ratione ordinis constet, tribus illam sectionibus, PRIMA, de Oratione dominica in genere: SECUNDA, de Vsl: TERTIA, de abusu huius precationis, absolvam. Quod institutum, ut feliciter cedat, divinum auxilium, Socini Senoris, quo semper usus est, disticho, imploro:

*Consiliis nostris trinus Deus optimus adsit,  
Ut fas perpetuo sanctaque iura loquar.*

Fauori autem tuo, B. L. me meosque conatus  
commendo

## SECTIO. I.

De

## Oratione Dominica in genere.

## Conspiclus.

§. 1. Oratio unde dicatur. §. 2. quid sensu ecclesiastico denotet.  
 §. 3. quid in Iure significet. §. 4. ejus definitio. §. 5. an multis  
 uti verbis liceat. §. 6. Certae orandi formulae num  
 adhibenda. §. 7. autores, qui de oratione dominica  
 scripserunt, exhibet. §. 8. Oratio dom. quomodo alias  
 appelletur. §. 9. In jure, ubi & quomodo repetatur. §. 10.  
 Metaphorice, PATER NOSTER, quid significet, &  
 quis hujus instrumenti Inventor? §. 11. Controversias circa  
 scandam, recenset. §. 12. De illius versionibus agit.

## §. I.

**A**cturus igitur de *dominica oratione* in vocum originem paucis inquiram. Oratio enim in genere denotat quamvis locutionem, germanice, eine *Rede*, autore CICERONE, in Bruto. Nec acu rem tetigisse videntur, qui cum CASSIANO, ISIDORO, BEZA, orationem a *ratione* derivant, ideo, quod nihil, nisi quod rationi conveniat, petendum sit. Potius ab ore dicitur Latinis, quod ore proferatur. Et si vero hanc habeat originem, non verba tamen ad orationem necessario pertinent, nisi in strictiori sensu orationis vocabulum sumatur, ut preces ore prolatas praecise significet.

## §. II.

Alium plane atque a scopo meo alienum significatum habet oratio, quatenus licentiam excundi apud monachos indicat. Fundamentum procul dubio significationis hujus in hoc quaeritur, quod licentia ista data fuerit oratione seu benedictione Prioris. Ita legitur in *Concordia Regularum*, ex Regula PAVLI & STEPHANI cap. 4. *Quem causa manifesta compulerit, oratione a Priore sperata & concessa discedat.* & cap. 5. *Nec bini nec terni, sed sigillatim excuntes, orationem sperent.* Pari quoque ratione BEDA scribit, in *Vita S. Cuthberti*, cap. 36. *Dixerat hac & data oratione & benedictione suam mansionem introrierunt.* Nec dissentit ab his PETRUS Diaconus, Lib. IV. *Chron. Casinens.* c. 4. *Psalmos decantantes coemeterium pergant, ibique dantes orationem, postea de more capitulum solvant.* & cap. 37. *Lavicanus, Episcopus orationem dedit.* Hæc & alia antiquitatis testimonia collegit M E NARDVS ad *Concordiam Regularum*, & qui illum sequutus, CAROLUS du Fresne, in *Glossario*, T. III. p. 54.

In iure appellantur *orationes*, quae ab ipsis Principibus in Senatu habebantur cum quaedam in publicum constituenda essent, ubi Senatum rogabant, an ita placet constituere, quas orationes deinde SCtum sequebatur, Brisson. Sel. antiqu. Lib. I. cap. 16. Talis est oratio Imperatoris SEVERI, vel pars saltem illius, in Senatu, TERTYLLO ET CLEMENTE CSS. recitata, quae extat in l. 1. ff. §. 2. de reb. cor. qui sub tut. Allegantur quoque D. Marci orationes de alimentis l. 8. ff. de transact. de fugitiis requisitis l. 3. ff. de serv. fugit. Atque hiac est, ut, quod uno loco Oratione introductum dicitur, id alibi SCto tribuatur. Vid. l. 23. §. 1. de cond. indeb.

deb. Struvius, Syntagm. civil. Exercit. I. thes. 64. add. Gravina, de ortu & progressu Iur. civil. num. 115.

§. III.

*Oratio* denique pro precibus seu precatione ponitur, germanice, *ein Gebet*, quo sensu etiam hoc loco accipitur. Atque ita juxta praxin nostrarum ecclesiarum, in *publicam & privatam* dispescitur. *Hec* a quolibet Christianorum funditur, ex officio pietatis privato. *illa* partem officii sacerdotalis constituit, & publice in conventu fidelium fieri solet, nec tantum in primitiva ecclesia, sed hodierno quoque usu recepta. Boehmer. *Dissert. de Iur. prec. publ. thes. 9. 10.* Voetius. *P. III. sel. disp. p. 1013. & seqq.* Et quandoquidem attentis precibus veram secundum Dei voluntatem acquirimus felicitatem, juxta *I. 42. pr. C. de Episc. & Cler.* iisdemque continuis eandem conservamus, *Nov. VI. pr. oratio definitur*, quod sit mentis ad Deum elevatio, per quam vel mala deprecemur, vel bona nobis aliisve petamus, vel Deo benedicamus. Conf. Balduin. *Cas. Conf. Lib. II. c. VII.* Laymann, *Theol. moral. Lib. IV. Tract. I. c. 1.*

§. V.

Minime tamen multis in oratione opus est verbis. Nam & scribis & Pharisaeis Vae intimat **CHRISTVS**, quod longas orationes dixerint. *Mattb. XXIII. 14.* huncque precandi modum, tanquam illicitum rejicit, *c. VI. 7.* Priscis quoque fidelibus a Domino edoctis alia plane orandi mens fuit & consuetudo; **CLEMENS** Alexandrinae Ecclesiae Presbyter & Catecheson Magister celeberrimus, orationem paucis verbis constantem a Christiano requirit: *Oratione, inquit, quac ore peragitur, non multiloqua uitetur, Lib. VII. Stromat.* Quo referendum videtur illud **HIERONYMI**: *Nunquit verborum multitudine*

dine flecti Deus ut homo potest? Non enim verbis tantum sed  
corde orandum est Deus. Melior est quinque Psalmorum de-  
cantatio cum cordis puritate & serenitate & spirituali bilari-  
tate, quam totius Psalterii modulatio cum anxietate cordis &  
tristitia, c. non mediocriter, 24. distinc. V. de consecr.

## §. VI.

Ne autem per incertas diuagemur precationes, at-  
que veluti neglectus alicujus aut divinae Majestatis con-  
temnus rei existimemur, certas inde precum formu-  
las pii praescripsérunt. Atque id circa quaeritur, an  
Christiani praecise ad Orationem dominicam totidem  
verbis obligati sint, an vero tantum ad sensum? Exam-  
inat hoc Brochmann. *System. theol. art. 37. sect. 2.* Ce-  
terum, proprias orandi formulas SS. Patres saepe nume-  
ro adornarunt. Quemadmodum enim ne in humanis  
quidem Principes patiuntur, causas sibi subditorum ex-  
poni, nisi certo constet ordine supplicatio, licet illi alias  
supplicantium necessitatis non sint ignari; ita melioris  
ordinis causa formulam precandi ipse praescripsit Salua-  
tor, *Matth. VI. 9. seqq. Pater noster, qui es in coelis &c.* Et,  
si formulae adstringuntur desideria, eo concin-  
nius proponuntur desiderata, in primis, si illas ad  
statum, in quo vivis, applicaveris: ad illam, qua  
vrgeris, necessitatem: ad temporis rationem, quae te  
concomitatur, observato ubique sanorum verborum ty-  
po & fieri quantum potest, verbis & phrasibus ex S.  
Scriptura petitis. Quae cum in Oratione dominica,  
deprehendantur omnia, ideo non inutiliter monet Brun-  
nemann, in *Iur. Eccles. lib. I. cap. 6. membr. 6. num. 4.* ut  
ex qualibet homilia preces publicae conciperentur, se-  
cundum ordinem Orationis dominicae, in qua omnium  
optime latet methodus Oratoriæ S. ita, ut nominatim  
pastor distincte singula membra ecclesiasticarum precum

B-

ad

ad suam quamque partem dominicae orationis referat.  
An demum omnes preces ecclesiasticae concludendae  
sint oratione dominica? exponit Voetius, *Polit. Eccles.*  
*Part. I. Lib. II. Tract. 2. cap. I. §. 4. in fin.*

## §. VII.

Venio nunc ad ipsam rei pertractionem, post-  
quam actum fuit de precibus generaliter, quantum sci-  
licet ad scopum meum faciunt. Plura enim facile sup-  
peditasset Struvius, supra laudatus, in *Tractatu de*  
*Invocatione nominis divini*, ad cuius doctissima asserta-  
Lectorem cupidum remitto. Quae insuper Theologis  
incumbunt, ad ICtorum nec traho cathedram. Quare  
etiam Cypriani, Tertulliani, Chrysostomi, Gregorii  
Nysseni, Iohann. Damasceni, Aelfrici, Lutheri, Mo-  
sis Amyraldi, Aug. de Arconia, Barth. Balduini, Casp.  
Bartholini, Rich. Baxteri, Giovan. Briani, Hug. Bro-  
ughoni, Iohann. Conr. Dannhaueri, Iohann. d' E-  
spagne, Tho. Hookeri, Christ. Kortholdi, And.  
Lancellotti, Edvvardi Norrisii, Hier. Savanarola,  
Andr. Christ. Schubarti, Io. Lud. Vives, Godofred.  
Olearii, & aliorum pias in orationem dominicam me-  
ditationes, quarum elenchum Martinus Lippennius,  
in *Bibliotheca reali theologica*, exhibet, praeremitto.  
Nec, quae novissime de oratione dominica, Herm.  
VVitsius, in *Exercit. de oratione domin.* & Fr. Ioann.  
Schraderus, in *orat. dom. bistorice & dogmatice pro-*  
*posita*, commentati sunt, prolixius trado. Potius,  
quidnam iustum sit circa hanc precationem, edocebo,  
in primis, cum nemo, quem viderim hanc un-  
qam materiam, hac quoque methodo, enucleandam  
sibi ex instituto sumferit. Quae enim Lippennius in  
*Bibliotheca reali Juridica p. 365. seq.* memorat utpote, Ano-  
nymi *expositionem orationis dom.* secundum *Iura &c. Ve-*  
*net.*

ver. 1558. 4. Lud. Carbonis a Cottiaro, *Exposit. Orat. dom.*  
*ibid. 1590. 8.* ab Ital. sunt scripta, quorumque videndi co-  
 pia mihi non fuit.

§. VIII.

Oratio proinde dominica, de qua scribo, va-  
 rias nacta fuit appellationes. Modo enim ORATIO  
 PATERNA a piis primitivae ecclesiae Doctoribus ap-  
 pellatur, quod a voce PATER incipiat. Modo dicitur  
 ORATIO HERILIS, quoniam a Domino hujus universi  
 ortum accepit. Et ita vocatur in *Vita S. Sifredi*, Epi-  
 scopi Carpenteratensis. Hinc DOMINICA pariter O-  
 RATIO inscribitur, partim, quod a Christo, DOMI-  
 NO nostro praescripta nobis fuerit, partim, quod ipse  
 Salvator eandem dixerit, partim, quod ad Dominum  
 dirigatur, a quo profiscuntur bona omnia, partim,  
 quod in memoriam Christi, Christiani illam adhibue-  
 rint. Hanc quippe a primis Christi in doctrina successo-  
 ribus usurpatam fuisse, longe lateque deducit Hilde-  
 brand, *in ritual. orant. cap. IV. §. 10. seq.* incongrue tamen  
 orationem inde dominicam dixeris, si cum quibusdam  
 Seculi VII. Sacerdotibus Hispaniæ somniaveris, Orationem  
 hanc die saltim dominica adhibendam, eumque in finem  
 ita fuisse appellatam, referente Caranza, *in Summ. Con-*  
*cil. Concil. IV. Tolet. IV. can. 9.* Hanc enim Christo men-  
 tem non fuisse vel inde patet, quod ab ipsis Apostolis  
 in Eucharistia juxta permultos ecclesiae Doctores adhi-  
 bita fuerit, conf. Herm. Witsii, *Exerc. VI. de Orat. Dom.*  
*§. XXIV. n. 96.* & a Patribus, quotidie recitata, quorū  
 testimonia si transcriberem, haec ne pagina quidem sus-  
 ficeret. Ut autem plures taceam, Iustinum Marty-  
 rem, Cyprianum, Hilarium, Gregorium M. Walafra.  
 Strabonem, & Augustinum saltem nominabo, &  
 que ac Caesarium Arelatensem, cuius verba quae  
*Sermon. XII.* habet, appono : *Ante omnia fratres, in-*

quit, orationem dominicam in oratione dicamus, quia libenter sine dubio orationem exaudit, quam ipse pro sua ineffabili benignitate constituit. Apparet idem ex Concilii Toletani IV. anno DC XXXIII. celebrati canone 10. quod quotidie recitari debeat a Sacerdotibus istis sub pena depositionis. Iuvabit legere ipsa Concilii verba : *Nonnulli Sacerdotum in Hispania reperiuntur, qui dominicam orationem, quam Salvator docuit & praecepit, non quotidie, sed tantum die dominica dicunt.* Attamen, quia quotidiana oratio est, quotidie quoque utetur, dici oportet. Quisque ergo Sacerdotum vel subjacentium clericorum hanc orationem quotidie, aut in publico aut in privato officio praterierit, ordinis sui honore priuetur. Adeo ut omnibus magis diebus post matutinas & vesperas oratio dominica a Sacerdote proferatur. de consecrat. dist. V. c. 14.

## S. IX.

Duplici porro respectu accipi solet Oratio dominica. Sumitur enim vel materialiter, pro verbis, quibus constat, initialibus, quae sonant: *Pater Noster.* Et hoc statim sensu disquiritur, an & ubi in Corpore Juris civilis inveniatur *Pater Noster*, sive verba ista initialia, quibus dominica oratio inchoatur; In Sacris enim illa occurtere non erit dubium, qui loca Veteris Testamenti sequentia: *Gen. XIX. 31. XLIV. 25. Num. XXVII. 3. Eze. LXIII. 16. LXIV. 8. Ierem. XXXV. 6. 10. 1. Maccab. II. 54. Judith. VII. 19. Eslb. XVI. 11. & novi foederis Io. VIII. 39. 1. Theffal. III. 11. 2. Theff. II. 16. Iac. II. 21.* non ignoraverit. Nec tamen in humano Iure defieunt. Si enim *Infl. §. 3. de Donat.* evolveris, haec ibi verba repieres: *Sed primus quidem divus Iustinus, Pater noster, L. 5. C. de Repud. haec habentur: Divus Marcus Pater Noster. Nov. 74. c. 3. legitur: sed aequo pie memoriae NOSTER PATER. Nov. 109. & Iustinus piae memoriae PATER NOSTER.*

Nov.

*Nov. 144. pientissimus Princeps Pater Noster, Nov. Leonis 41. Atque hoc quidem etiam sempiterne memoria Patris noster in mentem venit. Item 55. Quod igitur Pater Noster pretermisit, item 83. id sciens Pater Noster aeternæ memorie Princeps. Formaliter vero consideratam Pater Noster, denotat orationem istam dominicam, quam Christus, discipulos suos, insimulque omnes in ipsum credentes effundere ad Deum iussit, & literis confignata reperitur, Math. VI. 9. seqq. Luc. XI. 2. & occurrit ejus appellatio in cap. VIII. X. de poenit. & de Consecr. distinct. V. c. 14.*

## §. X.

Metaphorice *Pater Noster* significat congeriem istam globulorum vel ligneorum vel lapideorum, filo invicem connexorum, quibus utuntur Pontificii inter orandum, cum decem globulos unum post alterum manu attingunt & in filo promovent, singulisque ita promotis salutationem Angelicam, quae *Ave Maria*, dicitur, accinunt, usque dum ad eminentiorem deventum fuerit globulum, cuius attactu admonentur Orationem dominicam effundere, & sic per circulum devotionem suam metiuntur, cujusmodi instrumentum precatorium vulgo *Pater Noster* appellari consuevit. Vocatur etiam *Rosarium Mariae*, *ein Rosencranz*, *in Ritual. Orant. c. 10. §. 18.* item *Corona Rosacea*, *Corona Mariae*. Quo instrumento, devotionem, imo cultum Christi & B. Virginis excitare putant. **POLYDORVS VIRGILIVS**, *Lib. V. de Rerum Inventor. c. 9.* Rectius vero *Dominitus*, Ordinis sui fundator, talis existimatur, conf. Samuel Maresius, *Apolog. pro S. M. V. Lib. II. cap. 12. p. 323.* Patet id maxime ex Bulla PII V. P. R. cui initium est, consueverunt,

data Romæ d. X. Septembr. M D L X I X. cuius verba,  
 quæ huc spectant, transscribo. B. Dominicus Spiritu S. ut  
 pie creditur, afflatus, occasione, qua Aibigenium heresis per  
 partes Galliarum & Italiae misere grassabatur, & tam multos  
 excoecaverat seculares, ut in Domini Sacerdotes & clericos se-  
 vissime fuerent, levans in cœlum oculos & mentem illam glo-  
 riosæ virginis Marie, almae Dei genitricis respiciens: admodum  
 facilem & omnibus pervium & admodum piut orandi & pre-  
 candi Deum, Rosarium seu Psalterium ejusdem B. Virginis nun-  
 cupatum, quo eadem beatissima Virgo salutatione angelica cen-  
 ties & quinquagies ad numerum Davidici psalterii repetita,  
 & oratione dominica ad quamlibet decimam cum certis medi-  
 tationibus, totam D.N. Iesu Christi vitam demonstrantibus  
 interposita veneratur excoigitavit. Ex quo loco satis apparet,  
 autorem rosarii fuisse Dominicanum, cuius inventum is per  
 Romanæ ecclesiæ partes prorogaverit: Plura qui desiderat,  
 adeat Maresum supra citatum, & Voetium, in disp. select.  
 P. III. p. 1019. seqq. & 1023. seqq.

## §. XI.

Sed a sensu metaphoricō ad propriū revertor. Et  
 ne controversiarum, quæ nostro potissimum seculo circa  
 Orationem dominicam ventilata sunt, ignarus plane vi-  
 dear, pauca subjiciam. Disceptratum nim. fuit, an Christus  
 ex antique feedere? an ex Liturgia Ebræorum publica? an  
 ex Cabbala, hanc oraundi formulam defumserit? Posterior  
 quidem sententia tribuitur Alexandro Moro & L.B. Chri-  
 stiano Knorio a Rosenroth. vid. Io. Lighfoot, Hor. Hebr. &  
 Talmud. in cap. VI. Math. v. 9. p. 297. Novissimæ controversiae  
 præter omnem spem & opinionem, dedit anam Ioan.  
 Franciscus Buddeus, Theologus consummatisimus,  
 Praeceptor quondam meus, pie prosequendus, Tom.  
 I. Observ. Hal. Observ. I. §. XII. seqq. Hujus enim,  
 doctis-

doctissimis assertis se statim opposuit Paulus Bergerus, in  
*dissertatione phisiologica de cabbalismo iudaico-Cristiano*,  
 Vitembergæ, M DCC VI. Quem exceptit celeberrimus  
 ejusdem Academiæ Theologus, Gottlieb Wernsdorffius,  
 Præceptor pariter meus colendissimus, in *Vindictis Ora-  
 tionis dominica*, anno M DCC VIII. Vitembergæ, publica-  
 tis. Adversarium præter hos nactus est Io. Georg. Wach-  
 terum, *Philosophum Berolinensem*, qui Buddeum no-  
 strum, in *Elucidario suo cabbalistico*, Romæ, ut audit, 1706.  
 vulgato, pungere non dubitavit. His tamen omnibus re-  
 spondit noster, in *disquisitione theologica de moderamine  
 inculpata tutela*, Iena, 1708. Buddei quoque partes in se  
 suscepit Anonymus, & vindiciis D. Wernsdorffii peculi-  
 arem tractatum, sub titulo, *Ausführliche Abfertigung der  
 unbefugten Beschuldigung*, opposuit. Quem tamen ali-  
 us Wernsdorffii Labor insequutus est, sub titulo, *Grundlü-  
 cher Erweis, das Tit. Herr D. Io. Fr. Buddeus, zu Iena in  
 seiner so genannten Abfertigung der unbefugten Beschuldig-  
 ung den von ihm wegen der cabbale entstandenen Verdacht  
 nicht abgelehnet &c.* Plura, quæ hoc negotium attingant,  
 scripta, in præsenti non recordor, nec quid circa hæc ju-  
 dicantium sit, explicò, sed Theologis potius relinquo.

## §. XII.

Restat, ut pauca eloquar de magna orationis do-  
 minica existimatione. Præterquam enim, quod a  
 Tertulliano, *de Orat. Dom. c. I. breviarium totius Evan-  
 gelii insignita fuerit, in omnes fere linguas translata fu-  
 it. Quas si non omnes enarravero, plurimas tamen  
 ejus Versiones percensebo. Sunt autem sequentes, qui  
 illas aut transtulerunt, aut collegerunt, autores. Marqu.  
 Freherus in *Oratione Dominica, Saxonice, cum notis, Pa-  
 ris*, 1610. 4. Pierre d' Avity, in *descriptione IV. mundi  
 partium,**

partium, gallice. Claudio Duretus, *in thesauro Lingua-  
rum universi*, Gallice. Barthol. Georgieviz, *in Libro de-  
moribus Turcarum* Conr. Gesnerus, *in Mithridate suo Io.  
Bapt. Grammäge in L.* qui centum versiones Orationis  
dom. complectitur. Hieron. Megiserus, *in specimine L.  
Linguarum*, Lipsiac, 1613. Io. Micraelius, *in Pomerania  
Germ. edit. P. I. p. 124.* Georg. Pistorius Mauer, *in L.  
Pater noster in 40. Linguis.* Io. Reuterus, Livonus, in  
*Lib. Oratio dom. 40. Linguarum*, Rigae, 1662. Angelus Ro-  
cha, Camers, *in bibliotheca Vaticana*, p. 367. Schild-  
berger, *in historia Itinerar. sive & expeditionis belli sub  
Tamerlane.* Geo. Stiernhielm, *in Limine Evangel. Gotb.  
Vlpbilae Casp.* Waserus, *in Comment. ad Mithridatem  
Gesneri.* Io. Wilckius, *in Opere Angl. de Lingua Philo-  
sophica*, p. 435. Jo. Martinez Siliceus, Hispanae, Tole-  
ti, 1551. 8. His tamen omnibus palmann facile praeripi-  
pit, qui alias sub Barnimii Hagii & Thomæ Ludekenii  
nomine latus, Andreas Mullerus Greiffenagius, cu-  
jus centum fere Orationis dominicæ versionem col-  
lectio, quarum suis quaeque expressa literis &  
characteribus, plus vice simplici, in Germania & An-  
glia, lucem aspergit. Quam perfectus vero hic catalo-  
gus videatur, nullus tamen dubito, quin multis ex an-  
tiquitate & nostro potissimum aevō, augeri non nequeat.  
Specimen hujus asserti exhibet Fr. Io. Schraderus,  
*in Oratione Dom. historice & dogmatice proposita*, p. 77. seq.  
ubi Henetorum, & aliam, cum franca fere convenien-  
tem. Orationis dominicæ versionem, a Mullero colle-  
ctis, superaddit. Plura de Oratione dominica in gene-  
re, exhibere non placet.

### Sectio

## SECTIO II.

DE

## Vſu Orationis dominicæ.

*Conspectus hujus Sectionis II.*

§. 1. Hæreticos, qui circa orationem dominicam errarunt, recenset, methodique rationem inde sumtam exponit. §. 2. Iustiniani in condendo iure civili erga Deum pietatem deprædicat. §. 3. Catechumenis orationem dom. recitare num licuerit? §. 4. Idem de Iudeis disquirit. §. 5. Patrinorum cura quæ circa orationem fuerit? §. 6. Ejus in coena usum explicat. §. 7. non absolute necessarium esse, probat. §. 8. Vſus in benedictione desponsatorum, ordinatione ministrorum &c. §. 9. Non consecratis in Cathedra exercitii causa recitare eam licet. §. 10. An in concionis exordio omitti possit? §. 11. Sub initium suscepitae tutelae recitari debet, §. 12. quo loco ad Deum fundenda sit. §. 13. Princeps Evangelicus intuitu hujus orationis an protector Ecclesiae dici possit?

## §. I.

**D**uo haereticorum circa orationem dominicam genera antiquitas prodit, quorum alii illam afferre, alii usice admittere voluerunt. Illi sunt Pelagiani, de quibus Augustinus, Epist. 92. & 94. & Hieronymus lib. III. *adversus Pelagianos* conqueruntur, quosque Carthaginense concilium sub Hono-

C

norio

Norio a. *ecccxxix*, celebratum rejecit, iisdemque anathema dixit, *Canon. VII. & VIII.* Quorsum hodie Separatiste, Brovvnistæ atque Independentes, Pelagianis vel in hoc deteriores, sunt referendi, teste Bentheimio, *in Englischen Kirchen Staat.* Hivero sunt Bogomili ab aliis *Bogomiles* sive *Bobomiles* dicti, quorum autorem, nomine *Basilium*, professione *Monachum* ac *Medicum* fuisse, eundemque in oriente Sec. XII. multas turbas dedisse, constat. In precibus, ut alias illorum taceam errores, erant seduli solamq; orationem dominicam probabant, eaque sola vtebantur, septies interdiu & quinques noctu, sicut de illis post antiquiores, *Euthymium Zigabenum*, *Harmenopulum*, & *Annam Comnenam*, ex recentioribus Samuel Andreæ, *de Bogomilis*, Marburg. 1688. & Ioan. Albertus Fabricius, *dissert. de Hæresi & moribus Bogomilorum*, Hamburgi, 1702. testantur. His accedebant Insabbatati, circa annum 1160. orationem nullam, nisi dominicam admittentes, referente Ios. Arndio, *Lex. antiqu. eccl. p. 493.* Hæc quæ dixi ansam mihi dederunt, ut conatum hunc meum in binas adhuc sectiones, de *Vsu & Abusu orationis dominicæ*, partiri induxerim.

## §. II.

Dum igitur in orationem dominicam secundum jura commentor, in limine statim hujus precationis, quæ ab invocatione Numinis incipit, pius erga Deum Justiniani affectum extollo, quanquam eundem non in omnibus purum atque Catholicum cum Arnoldo Corvino, in *Justiniano Catolico*, Mogunt. 1668. pronuntio, sed Conradum Samuelem Schurtzfleischium, in dissertatione, quae in *Operibus Historico-Politicis XLIII.* extat, de *Justiniano orthodoxo*, sequor. Hic enim hunc

hunc frequenter observat ordinem, ut a Deo honorum omnium principio & fine, exordiatur. Ita Christum verum iustitiae ducem, legum suarum patronum elegit, in fronte *præmii Institutionum*, nec non in *Constitutione de Confirmationis Digestorum*, ad Senatum & omnes populos, it. ad magnum Senatum, ut & in plurimis *Novellarum Constitutionibus*, prout ex Nov. VI. LXXXV. CIX. apparet admodum pie meditatur. Item in quibusdam sanctionibus Codicis, ut exemplum est in l. 1. C. de *Vet. Jur. encl.* & alibi. Illæ pariter formulae sæpius occurunt: In Nominis Dn. Nostri I. C. Auxilio omnipotentis Dei: Deo propitio: Deo Præsule: Nostro Studio suum Præsidium Deus Omnipotens Annuit: Cum Dei Auxilio. Deo Auctore: Deo Annuente: Deo placi-  
do. Qui mos deinde invaluit, cum omnes fere Imperatores diplomata & bullas, invocatione nominis di-  
vini inchoaverint. Provoco ad Caroli M. Caroli  
Crassi: Ottonis III. Friderici I. & II. Henrici II.  
aliorumque *Constitutiones Imperatorias*. In primis ve-  
ro ad *Aureae Bullæ conditorem*, Carolum IV. quam  
ita inscripsit. In Nomine Sanctæ & Individuæ Trini-  
tatis feliciter, Amen. Et quanquam hodie nec Im-  
peratores, nec Reges nec Principes, placitis & edi-  
ctis suis has invocandi formulas expresse amplius præ-  
mittant, tamen Dei Gratia, quæ gesserunt, singula-  
attribuunt. Male profecto alii ex Nov. 28. cap. 4. §.  
2. probare volunt, Justinianum suo jam tempore usum  
fuisse titulo, Dei Gratia, quos recte refellit Beccmann.  
*de Notit. dignit. illustr. dissert. I. cap. 3. thes. 6.* ubi ejus  
initium ad tempora Caroli M. & ita posteriora re-  
fert. Vitio insuper vertitur Gratiano, quod hanc  
Dei invocationem in compilando Jure Canonico, tan-  
quam summus religionis antistes, turpiter omiserit. Nec

novem excusandi causas , quas pro illo operose conges-  
sit Reinaldus Corsus, *Lib. III. Indag. Jur. c. XV.* sufficien-  
tes putat Struvius, *de invoc. nom. divin. p. 60.* Tritam por-  
ro controversiam, an instrumenta absque Numinis invo-  
catione sint valida? hic non recoquo, cum illa multas jam  
dudum paginas, apud alios impleverit. Si tamen desidera-  
veris, adeas Dn. Vngebaur. *Exerc. I. qu. I. Scotan. ad Inst.*  
*D. 1. tb. 2. Schneidevlein. ad proœm. Instit. de rubr. n. 1.*  
*Struv. in Syntagm. civ. Exerc. XXIX. n. 29. Costal. P. I. ad-*  
*vers. in pr. n. 1. seqq. Theod. Hoepping. de Jur. Insign. cap.*  
*2. §. 3. n. 113. Hunn. in Encyclop. Iur. P. II. tit. 18. cap. 8. n.*  
*2. Hoppium ad Inst. p. 3. aliasque plures.*

## §. III.

Porro , non promiscue omnibus licebat in veteri  
ecclesia, orationem hanc ad Deum effundere. In horum  
censum veniebant Catechumeni , qui numero Christianorum  
per sacrum fontem nondum erant adscripti. conf.  
Albaspin. *observ. lib. I. observ. XIX. Tobias Pfanner. lib. de*  
*Catechumenis, c. II. p. 225. seq. Svitzer. Th. Eccles. T. I. p.*  
*1284.* Dummodo enim post concionem finitam eucharis-  
tia celebraretur, in qua oratio Dominica recitari solebat,  
ne recitationi interessent Catechumeni , exire jubeban-  
tur. Palmaria procul dubio haec fuit causa , quod  
nefas putarent veteres , Deum ab iis *P A T R E M* com-  
pellari , qui sacro nondum tinti baptismate , neque a  
Diaboli potestate liberati fuerunt. Liceat unum vel  
alterum venerandae antiquitatis testimonium adducere.  
Chrysostomus , *Homil. XXI. in Matth. VI.* nervose scri-  
bit : *Qui nondum initiatus est, non potest Patrem appellare Deum.* Huic suffragatur Theodoretus , *in Epist. De-*  
*cret. c. 38.* Hanc nos orationem non initiatos non docemus, sed  
initiatos : *Nulli enim eorum, qui initiati non sunt, dicere audet*  
Pater

Pater noster, qui es in cœlis, cum adoptionis donum  
nondum acceperit. Qui autem baptismi donum consecutus  
est, Deum Patrem vocat, tanquam in gratia filios affectus.  
Alia quoque ratio, Catechumenos ab orationis dominicæ  
recitatione arcendi veteribus fuit, quod nimurum per pa-  
nem quotidianum, eucharistiam plurimi intellexerint,  
quam Catechumeni, qui adhuc inter filios tenebrarum  
recensebantur, poscere sibi nequibant.

## §. IV.

De Iudæis aliud erit dicendum. Hi enim Deum  
Patrem, alio licet conceptu, quatenus scilicet Christum  
non generit, contemplantur. Imo, si communem Theo-  
logorum opinionem seqvutus fueris, orationem dominici-  
cam, ex antiquo foedere, Iudæorum atque ac Christiano-  
rum principio, desuntam esse, percipies. Sed haec  
linquo. Quæritur saltem hac occasione, an instrumen-  
tum inter Christianum & Iudeum a Notario Christiano,  
confectum, sit invalidum, & Notarius invocationem no-  
minis Christi præfigens délinquat? Sunt, qui affirmativam  
defendant, iisque Perusini, quorum tamen dubitandi  
rationes refellit Struvius, *de invoc. nom. div. p. 34. seq.*  
Negativa vero his innititur fundamentis. (1.) Quod ipse  
Iustinianus legum gentilium collectioni, Christi nomen  
præfixerit. (2.) Notarius sit judex chartularius, & Ju-  
dæi ad eum accedendo videantur prorogare iurisdic-  
tionem suam, DD. in l. 1. ff. de Iudic. consuetudo autem ju-  
dicis prorogati ejusque lex servanda sit, l. 1. C. de Emanc.  
liber. (3) quod inter Judæos quoque serventur ritus  
Christianorum. l. Nemo Iudeorum 7. C. de Judeis, ergo  
etiam servari debeant ritus invocationis. (4) denique,  
ritus ad Notarium spectent, qui proinde ad contrahen-  
dium mores respicere non tenetur, Bart. in l. si libra-  
rius 92. de R. I. Latissime hanc rem perseqvutus est Io.

Bolognetus, in Rubr. de Oper. nov. nunc num. 67. fol. 11. 016<sup>v</sup>  
que ad num. 75. fol. 13. quem proinde consulas. Conf.  
Hahn. Diatag. Iudaor. tb. I. & seq.

## §. V.

Quemadmodum vero Orationem dominicam magi fecerunt Episcopi, ut illam omnibus promiscue commendaverint, ita postquam externa sacrorum cura ad principes Regesque devenerat, Carolus M. & Ludovicus, non a Presbyteris solum, ut Orationem dominicam addiscerent aliisque explicarent, sed ab omnibus qui Christiani dicuntur, ut illam memoria tenerent, postularunt, prout patet ex Capitulo de fide Presbyterorum ab Episcopis discutienda, Lib. I. capitul. cap. 66. p. 713. In capitulo præterea de Symbolo & Oratione dominica, quod Lib. V. Capitular. c. ibi p. 855. extat, notabilia hæc verba habentur: *Symbolum, quod est significulum fidei, & Orat. dom.* discere semper admonant Sacerdotes populum Christianum, voluntusque ut disciplinam condignam habeant, qui hæc discere negligunt, sive in jejunio, sive in alia castigatione. Propterea dignum est, ut filios suos domet ad Scholam sive ad monasteria, five foras Presbyteri, ut fidem catholicam recte discant & Orationem dominicam, ut domi alias docere valeant. Qui vero aliter non potuerit, vel in sua lingua hoc discat. Non tamen ad Presbyteros duntaxat hoc spectabat præceptum, sed ad laicos quoque, quibus hoc pariter præscriptum est, loco citato, cap. 165. p. 950. verb. *Vt fideles Orationem Dominicam discant & intelligant, & suis sacerdotibus eam verbo ex verbo reddant & alios fideles, qui eam nesciunt, doceant.* Hinc factum, ut per easdem leges a susceptorum munere arcerentur, qui memoriter eam reddere nescirent. Quæ huc spectant, ex Capitul lib. VI. cap. 165. p. 952. adducam. *Adnuntient Presbyteri, ut neq; viri neque feminae de sacro fonte filiolos vel filiolas suscipiant, nisi memoriter Symbolum & Ora-*

Et Orationem dominicam tenuerint. Idem inter alia a patribus requisivit Augustinus, relatus in c. 105. de Consecrat. distinct. IV. ubi sequentia tradit: Ante omnia Symbolum et Orationem dominicam et Vos ipsi tenete, et illis, quos suscepistis d. S. fonte, ostendite. Adeoque patrini prævidere debent, ut cum suscepisti ad intelligibilem ætatem provenerint, fide & bonis moribus eos instruant, orationem dominicam & Symbolum eos instanter erudiant; quod si neglexerint, norint se rationem reddituros ante Domum pro illis, quorum sponsores extiterunt, monente Alcuino, Lib. de offic. div. p. 262. T. X. Bibl. PP. Conf. Casp. Zieglerus, ad Lancelott. Lib. II. tit. IV. §. 4. Val. Andr. Desselius, Erotem. Jur. Can. tit. de Bapt. queſt. ult. Quo pertinet praxis nostrarum ecclesiarum, quando jubentur sacerdotes ante actum baptismalem admonere patrinos, ut infantulos ad maturiorem ætatem delatos de præcipuis fidei articulis, in primis orationis dominicae precatioне, probe informet. Qua de re Serenissimi Saxoniae Duces in Ordin. eccl. Vinar. lib. I. cap. 13. ita disponunt: Nach diesen spricht der Pfarrer zu den Baben: Ich ermahne euch ferner aus christlicher Liebe, &c. daß ihr es treulich und fleißig mit errichten wollet, & postea zum dritten, des Herren Gebet, damit es Gott, ümb Gnade könne anrufen und bitten, christlich zu leben und dem Satan Widerstand zutun.

### §. VI.

In sacra pariter coena adhibetur oratio dominica, ita, ut ejus usus ab Apostolorum tempore hucusque duraverit. Non repeto, quæ supra Sect. I. §. VIII. exhibui. Ex prima potius antiquitate, asserti mei veritatem ero. Testis est Hieronymus, qui Apostolos orat. Dom. in S. Coena recitasse, scribit. Lib. III. ad vers. Pelag. p. 805. Clarius longe hac de re differuit Waſſerſt.

Lafridus Strabo, de rebus eccl. c. 22. Relatio, inquiens, maiorum est, ita primis temporibus missas fieri solitas, sicut modo in parafœve Pasche, in quo die apud Romanos missa non aguntur communione facere solemus, i.e. premissa oratione dominica & sicut ipse Doming noster precepit, commemoracione passionis ejus adhibita, eos corpori dominico communicasse & sanguini, quos ratio permittebat. Imo Tertulliani & Cypriani ævo iam ordinaria fuit hæc precatio. Quam postmodum constanter adhibuit ecclesia, teste Optato Milevitano, de Schismate Donatistarum I. II. c. 20. Etenim inter vicina momenta dum manus imponitis & delicta donatis, mox ad altare conversi, dominicam orationem prætermittere non potestis & utique dicitis: Pater noster, qui es in cœlis, dimitte nobis debita & peccata nostra. Augustinus, Lib. L. Hom. 42. quæ ex Milevitano transcripsi, confirmat, dum scribit: In ecclesia ad altare Dei quotidie dicitur ista oratio dominica & audiunt illam fideles. Cui Cyrius Hierosolymitanus, Catech. Mystagog. V. suffragari non dubitat, his verbis: Post hec dicimus orationem illam, quam Salvator suis discipulis tradidit. Præter hæc, plura possem adducere antiquitatis testimonia, quæ usum orationis dominicae in S. coena, eumque quotidianum, corroborarent, nisi paginæ & instituti angustia id ipsum prohiberet. Sed & nostræ ecclesiæ evangelicae hunc sacrum ritum hodiernum sancte observant, id quod, præter praxis quotidiam, probat Ordin. eccl. Ducum Sereniss. Vinar. in cuius lib. I. cap. 8. vom Amt der Communion. orationis dominicae verba coram altari ante administrationem S. Synaxeos, cantando recitari jubentur. Wenn nach gehaltenner Predigt die Communicanten im Chor versammlet, soll zu des Herrn Nachtmahl der Anfang mit dem Geber, welches uns der Sohn Gottes selbst gelehret, gemacht, und solches von dem Pfarrer oder Diacono vor dem Altar auf folgende Weise,

wie mit Noten verzeichnet zu befinden gesungen werden:  
Vater Unser.

## §. VII.

Dum vero de orationis dominicæ usu in Eucharistia dissero, in mentem revoco controversiam, an omissione orationis dominicæ recitatio in consecratione S. Coenæ officiat, ita, ut sacramentum hoc haud rite administratum censeri debeat? In negativam qui inclinant, ad can. 54. de Consecr. dist. 1. provocant, ubi excommunicatione digni censentur, qui hymnos & precatio-nes rejicere audent; Præsidium in primis in Glossa querunt, quæ dictum Apostoli ex 1. Tim. II. 1. allegatum, de observationibus, quæ ante & juxta consecrationem fiunt, & de Orationibus in ipsa consecratione, interpretatur. Verum iis quo minus assentiar, ha me movent rationes. (1.) Quod oratio dominica ad substantiam Eucharistia non pertineat, verum ad externas ceremonias, quam, devotionis excitandæ causa, veteres adhibuerunt. Conf. arg. can. 55. de Consecr. distinct. 2. & ade B. Gerhardum, Loc. de S. Caena §. 156. (2.) Christus absque orali manducatione percipi potest, & in casu extraordinario valet illud: *Crede & Manducasti.* (3.) Si consecrata elementa non sufficiunt, alia de novo, absque repetitione Orationis dominicæ, consecrari possunt, prout Theologi Academiae nostræ, pronuntiarunt apud Dedekenn. Consil. T. I. Sect. IV. §. 11. p. 580. Hi enim, postquam rationes pro affirmativa, pugnaentes adduxerunt, ita eam limitant: *Vm dieser und andern Vrsachen vwillen halten wir dafür, daß die VViederholung des VATER VNSERS in der administration des H. Abendmahls, und also auch in dem Fall, wenn es an Brod und VVein bey der Auspendung derselbigen ermangelt, und aufs neue consecrirt werden muß, nicht zu unterlassen. Sollte aber in der Wieder-*

derholung das Vater Vnser, aus irgendeiner erheblichen Vrsachen ausgelassen werden, entgehet dadurch dem H. Abendmahl an seinem wesentlichen Stücken vnd seiner Krafft gar nichts, weil man kein ausdrücklich Gebot bierinnen fürzulegen. Imo multis in locis vsu adhuc receptum est, vt solemnioribus festis, vbi actioni Coenae praemitti solet latinum, Dominus vobiscum &c. Oratio dominica omitatur, illud vero S. Coenae non deroget valori. Conf. L. B. de Lynker, in dissert. *de eo quod iustum est circa S. Coenam*, cap. IV. §. 9.

## §. VIII.

In benedictione praeterea desponsatorum, orationem dominicam cum aliis precationibus piis, pro solemnitate requirunt constitutiones euangelicarum hinc inde ecclesiarum. Exempli sit ordin. eccl. Sereniss. Sax. *Ducum lineae Vinariensis*, lib. I. cap. 15. ita praecipiens: *Darnach rede der Kirchen-Diener die neuen Ebeleute also an: Auf daß nun Gott der HERD durch euren Stand gepreist werde, ihr auch in demselben Gottes Seegen vnd Beystand haben möget, wollen wir ihn also darum bitten vnd anrufen: (Hie lasse der Kirchen-Diener die neuen Ebeleute niederknien, vnd spreche über sie nachfolgendes Gebet neben dem Vater Vnser.)* & ibid. cap. 17. verbi diuini ministris intungitur, vt aegrotos Oratione dominica erigant pariter atque solentur. Imo in ordinatione Ecclesiae nostrae Diaconorum, post manuum impositionem solet haec precatio recitari. Conf. Ibid. Lib. II. cap. 3. & alibi. Quibus igitur, cum notissima sint omnibus, atque quotidie occurrant, inhaerere diutius nolo.

## §. IX.

In suggestu, ante & post conciones adhiberi quoque solet oratio dominica, qui ritus e primis antiquitatis

tatis monumentis probari dilucide potest, & hodieum  
receptus est. Hoc vero nunc saltim, ne nimium dif-  
fundar, disquirro: An Scholæ Director, qui discipulos  
formare conciones edocet, illösque ad recitandum, ad-  
dita ubique oratione dominica, instigat, iure reprehен-  
dendus sit? Sunt, qui in ministerii ecclesiastici despe-  
ctum fieri contendunt, atque necessariam magis Cice-  
ronis aliorumque lectionem, putant. Verum nihil ini-  
qui in tali casu subesse automo, si quis illos, qui funda-  
menta in literis pariter atque theologia jecerunt, me-  
moriæ excolenda causa, intra privatos parietes, in con-  
cionibus formandis & cum Oratione dominica recitan-  
dis instruere velit. Hinc ita pronuntiatum legimus a-  
pud Dedekenum, *Consil. Theol. in app. p. 637. num. 8.* Es  
befindet sich kein Fundament, vvarum ein solch angestelltes exer-  
citium nicht mit Geber und einem VATER UNSER anzufangen und zuschließen w wäre, sondern hingegen, vvit Lehrer und Prediger pflanzen und begießen, Gott aber das Gedeyen gibet.  
*1. Cor. III. 6. also in Schulen preceptores thun auch mit ihre*  
*Vnterricht bey der Jugend, vvas sonst ein Haus - Vater in seinene*  
*Garten mit pflanzen und begießen thut, Gott aber muß das*  
*Gedeyen geben; Vnd vwie die Früchte der Schul - Arbeit so vwohl,*  
*als der Kirchen - Arbeit, aus göttlichen Seegen und Beystand her-  
fürvachsen, also iſt allerdings erbaulich, daß auch solche Arbeit*  
*mit dem Gebet angefangen und geendiget werde, und wäre zu*  
*wünschen, die Schul - Jugend würde von Kindheit an gewehnet,*  
*ihre Schul - Arbeit und exercitia allezeit mit dem lieben Gebet an-  
zufangen und zuendigen, daß sie bey Zeiten erkennen lerneten,*  
*wer der fey, von dem Sprachen und Künfte herfließen, und von*  
*welchem sie, vermittelst schuldigen Fleisches müssen erlanget wer-  
den. Woraus denn erheller, daß der dabeyp vorgegangene Ge-  
brauch des Gebets an sich selbst nicht Straffbar zuachten. At-*  
que hoc usū jam receptum novimus in plurimis scholis,

( 28 )

& gymnasis, in quibus majori interdum cura liberales  
artes tractantur, quam in academiis.

S. X.

De cathedra quæri alias solet, vtrum in illa, &  
quidem ante textus prælectionem, omitti oratio domi-  
nica possit? Ansam huius controversiæ præbuit M. To-  
bias Hoepffnerus, Theologus Silesius, cum novam  
conclaves elaborandi methodum, omissa in principio,  
oratione dominica, adhiberet. Rationes, quas assert,  
tantæ sunt, vt illis refragari non possim: (1.) ritum  
hunc ad adiaphora non incongrue refert, de quibus ar-  
tic. X. Form. Concord. de ceremoniis, tbes. II. ita judicat:  
*Credimus, docemus & confitemur, Ecclesia Dei ubivis terra-  
rum, & quocunque tempore licere, pro re nata ceremonias ta-  
les mutare, juxta eam rationem, quæ Ecclesia Dei utilissima &  
ad edificationem ejusdem maxime accommodata judicatur  
&c.* (2.) provocat ad observantiam ab Apostolorum tem-  
pore petitam, cum hi ipsi, absque præmissa oratione domi-  
nica, prædicaverint, Conf. Act. I. 24. IV. 24. 29. (3.) Nec  
morem hunc insolitus putat, cum Lipsienses, in concio-  
nibus funebribus, hanc orationem in principio præter-  
mittant, in fine vero annexant. Quæ licet vera sint, ad-  
versarium tamen nactus est, D. Io. David Schyverdne-  
rum, Superintendentem Pirnensem, qui Hoepffneri  
conatum, irritum, novaturientem atque scandalosum  
pronuntiavit. Sed male. Benignius enim Hoepffneri  
excepit Liebm. Philippus Zeisoldus, cuius & quam  
in utrosque litigantes censuram, vide apud Agenten von  
Haus aus, Functione II. de peche. II. Epist. 336. Hoc cer-  
tum est, in omnibus Lutheri scriptis extare nihil, quod  
necessitatem hujus orationis, in concionis exordio, præ-  
cipiat. Nec quidpiam de illa exhibet Ordin. Eccles. Saxon.  
Elect. de anno 1590. Caute tamen procedet, qui audi tori-  
bus,

bus, cur orationem hanc omittat, indicaverit, ne scandalum forte, ex culpa dicentis, exinde capiant. Confidemus *Vnschuldige Nachrichten*, de anno 1702. p. 657.

## §. XI.

Sub initium tutelæ, nominis divini invocationem putant necessariam, qui muneris hujus onera atque pericula iterum iterumque pensarunt. Et ex iis præcipue Theologum magis ac JCTum se præstis Thomas Schroerus, in *Institutionibus Tutorum & Curatorum*, Part. II. Qn. I. n. ii. Cujus verba, sive potius oratio, cum insignem spirent pietatem, montemque a fraude alienam, tutori conscientioso, quo se soletur; male morato, quo perturbetur, communicabo. Ita autem Schroeri verba se habent: *Es vñwärde dis mein treuer und wohlgemeinter Rath, daß ein iedveder Vormünder und Curator, so bald ihm eine solche Laß der Vormundschaft oder Curatel von seiner Obrigkeit aufgetragen, und seiner Pflicht nach treulichen zuverwalten anbefohlen wvorden, daß er von dem Rath-Hauße sich in eine Kirchen oder anheim in sein Kämmerlein begebe, die Thüre hinter ihm zu, und alle böse affeßen aus seinem Herzen und Gemüthe schließe, und allda nach der Lebr e des Herrn Christi, Matth. VI. 6. und S. Pauli, Coloss. III. 17. & Phil. II. 14. zu Gott dem Herrn einen Anfang mit einer demüthigen supplication und dem lieben Gebet mache, So vñwürde der Vater aller VVittben und VVaysen, der in das verborgene siehet, ihm diese Gottseligkeit, welche ohnediſt zu allen Dingen gut ift, nachmals öffentlich vergeleen, daß iedermann den glücklichen success verspübren, und seine treue Mühe und Arbeit, vvelebe in dem Herrn angefangen, kein mahl vergeßlich ablauffen solte, nechſt Gott dankbarlich loben und preisen vñwürde. Mag demnach ein Chriflicher Vormund, bey Antritung seiner Vormundschaft und folgender Verwaltung, nebenſt einem glübigem Vater Unser öfters also beten: Herr heiliger Gott, allmächtiger eviger Vater &c. Pium huius Viri*

affectum, cum nimis diffusus sit, abrumpo, atque Lectorem hujus meditationis cupidum, ad autorem ipsum remitto. Certe paucos, qui hujus vestigia premant, Curatores scio, cum plurimi sibi magis atque suis prodeesse, studeant.

## §. XII.

Porro disquiritur: Quo in loco oratio dominica fundi ad Deum debeat? an publico, an autem privato? Priorem qui eligunt, Nov. CXXIII. cap. 32. allegant, in qua Justinianus scribit: *Qualis est Litania, in qua Sacerdotes non inveniuntur & solennes orationes faciunt. Verum haec in eam partem accipienda non sunt, quasi per hanc Novellam privatæ ac domesticae preces rejiciantur, sed loquitur Imperator de precibus majori solemnitate in publico peragendis.* Quorsum & illud Caroli & Ludovici, in Capitul. Lib. VII. c. 312. non inepte referendum: *Sciendum est omnibus, quod in aliis competentibus locis, si locus basilice procul fuerit, oratio ad Deum fieri possit. Admittit enim scriptura locum pariter privatum, Matth VI. 5. 6. Matth. XXVI. 39. Act. I. 14. IV. 29. XVI. 25. & preces ubicunque fundantur, modo seriae, Deo acceptæ sunt, Malach. I. 11. & I. Tim. II. 8.* Quae scripturæ loca Bernardum moverunt, qui lib. meditat. scriberet; *Vbi cunque fueris, intrate ipsum ora; si longe fueris ab oratorio, non queras locum, quoniam ipse locus es.* Ex quibus omnibus indifferentia loci fluit, nec publicus nec privatus saltim orandi locus concluditur. Vid. Carpzovii *Iurispr. Confessor. lib. II. tit. XVI. def. 259. n. 4. Struvium, de Invocationat. nomin. div. p. 143. seq.*

## §. XIII.

Dum ad portum proprio, non inutilis in mentem recurrit quæstio: an princeps ex Protestantibus & Evangelicis

gelicis in Imperatorem eligi posse? Negare id ipsum cognatus est Caninus in Discurs. ad A. B. p. 115. nec non Author gallicus discursus, cui titulus: *Recueil de quelques discours politiques de l'an. 1632.* ob hanc praeципue rationem, quod Rex Romanorum iuramento obligetur ad defensionem Pontificis romani & catholicae ecclesiae, eius est aduocatus, Cap. caesar. §. daß wir in Zeit &c. nunquam autem fore putat, vt sub hac conditione quisquam Protestantum Imperium acceptet. Affirmavitani tamen, egregie defendit Carpz. in Semidec. quaest. ad A. B. ex tit. 2. § 4. qu. 2. & ad aduersarii rationes contrarias respondet: quod licet Imp. protectionem & patrocinium sedi romanae promittat, non tamen propterea ipse Pontifex esse debet: cum protectio illa sit politica, qua is ecclesiam romanam tueri ac munire potest, defendendo Pontificem contra vim iniustum, per quam defensionem non magis peccat Imp. vel fidei heterodoxae se partipem facit, quam si patrocinium praestet furi, latroni aut homicidae, quorum facinora neutiquam probat, nec iisdem se implicant. Hinc rectissime scribunt Theologi Saxonici, in Vind. pupill. Euang. cap. 94. *Mord und Todeschlag ist eine Himmelschreende Sünde, wie Gott selber sagt, Gen. IV. 10. Siehe die Stimme deines Bruders Schreyer zu mir von der Erden, noch schützt ihn Gott wieder Gevalt; also kan auch ein Römischer Kaiser den Pabst zu Rom auf gewisse Weise schützen, und muß doch daher so wenig folgen, daß er antichristisch sey, als daß folge, daß Gott Cainisch sey.* Inno, cum in ecclesia romana, vti Carpz. dist. loc. n. 33. scite monet, multa reperiantur utilia, Baptismus, fides apostolica, Decalogus, Oratio Dominica, &c. vel horum saltem respectu & intuitu fundamenti, quod est Christus pro nobis mortuus & resuscitatus, patrocinium ecclesiae romanæ eiusque administratori non erit denegandum etiam ab Imperatore euangelico. Est enim Imperator,

ut Hoepffnerum, in *Saxon. Evangel. Sect. II. P.3. c.3. p. 302.* sequar, ecclesiæ Romanæ advocatus, quatenus illa verbo Dei adhæret, non autem, quatenus fidei corruptelas propugnat. Nec potest Imperator Papæ absque Imperii consensu, quopiam religionis favore, patrocinari, cum ipse Instrumenti Pacis Osnabr. rationem habere teneatur. Imo ad hoc a Statibus Imperii obligatur in Capitulatione, prout ex novissima Carolina, artic. I. patet. *Vnd wollen nicht gestatten, daß denen Ständen in ihren territoriis in Religion-Politischen und Infliz-Sachen sub quoconque pretextu, wieder den Friedens-Schluß, oder aufgerichtete rechtmäßige und verbindliche paetia vor- oder eingegriffen wuerde.* Hæc igitur, qua de VSV orationis dominicæ edisserui, hæc equidem vice sufficiant. Plura enim adducere angustia paginae non permisit.

## SECTIO III.

De

## Abusu Orationis Dominicæ.

*Conspectus.*

§. 1. Murmuratio orationis dominicæ, ante distributionem S. coenæ, ab auditoribus facta, num inter abusus referenda sit? §. 2. negat & rationes adducit, §. 3. an, quod mares in recitatione ejus erexit stent, sceminae vero in genua procumbant, improbantum sit? §. 4. Injuria recitatione orationis dominicæ non remittitur. §. 5 rationes Juris dubitandi, §. 6. & theologicæ proponuntur. §. 7. Negativa sententia deciditur. §. 8. Clericorum in Laicos idcirco potestas nulla est. §. 9. quintam petitionem studiose qui omittit, quomodo puni-

pnniendus ? §. 10. Collectis herbarum cum oratione domi-  
uica nihil habet commune §. 11. dubitandi rationes elidun-  
tur. §. 12. Verbis septimae petitionis abuti non licet. §. 13 & 14.  
15. In iudicio crucis olim adhibebatur haec precatio , vbi  
quotuplex hoc iudicium fuerit, exponitur. §. 16. Iudicii hu-  
aus incertitudo & illud quis abrogauerit? §. 17. Cascis in-  
scribere orationem dominicam, num liceat? §. 18. An ad  
temperaturam ouorum coquendorum cognoscendam adhi-  
benda sit ? §. 19. Epilogus.

## §. I.

**C**onsiderato proinde vsu orationis dominicae legi-  
timo, sequitur iam eius abusus indagandus , vbi  
primo se offert quaefcio: An murmuratio oratio-  
nis dominicae , quae fit ab auditorio in actu conse-  
crationis ante distributionem sacrae coenae , inter  
abusus sit referenda, nec ne ? Quanquam vero , hoc af-  
firmatiue decidendum esse, videri poterat, siquidem jux-  
ta praxin ecclesiae liturgicam , recitatio orationis domi-  
nicae ad actum consecrationis simul pertinet, & partem  
quodammodo eiusdem constituit, vt hinc reseruatum  
clericu esse videatur, quippe cui, vi ordinationis & offi-  
cii pastoralis , tales consecrationis ritus & formulas exer-  
cere permisum est, iuxta can. peruenit. 29. dist. 2. d. Conser-  
crat. Ziegler. ad Lancellotti Institut. Iur. Canon. Lib.  
II. tit. 6. §. 3. vt adeo sacramenti profanatio esse cen-  
seatur , si, ore laicali , verba, extra officium sacerdotale,  
recitentur ; attamen hoc non obstante in contrariam sen-  
tentiam inclino , & verba orationis dominicae , licite ad  
praecentum pastoris admurmurari posse, puto, siquidem  
illa non inter essentialia consecrationis , sed ad ac-  
cidentalia tantum extrinseca actus huius sacramentalis  
refertur , atque ad excitandam maiorem deuotionem , &

E

ad

ad præparandos saltem sancto & summo huic mysterio  
animos adhibetur, ut hinc non immerito ejusdem adsu-  
furratio inter adiaphora recenserit queat, quorum usus  
in libertate ecclesiae consistit. Conf. Dedeckenn. *Confil.*  
*Theol. in Append. Volum. III. Sect. IV. n. 1.*

## §. II.

Hanc tamen opinionem ita declaro, ut siat illa  
admurmuratio sine hypocritica animi intentione, in-  
quem finem mores cuiusvis loci respiciendi erunt: con-  
tra hos enim quid admittens, affectatum aliquid & sin-  
gulare sibi arrogare videtur, quandoquidem in iis rebus,  
in quibus nihil certi divina statuit scriptura, mos eccl-  
esiae & instituta majorum pro lege tenenda sunt, can. 5.  
*dispt. 1.* Deinde ut siat absque magno strepitu, ne devoti  
forte animi in suis meditationibus sacris turbentur.  
Adde, quæ Gerhardus habet, in *Loc. Theol. Loc. de S.*  
*Cœna*, §. 156.

## §. III. 1

An mares insuper in recitanda oratione dominica  
erecti stare debeant, foeminae vero in genua procum-  
bere? disquiritur. Evidem Brunnenmannus in *Iur. ec-*  
*clesi. lib. I. cap. 6. membr. 4. num. 8.* monet, pietati & ec-  
clesiasticae disciplinae esse convenientius, ut paritas qua-  
dam in ritibus istis atque ceremoniis externis obser-  
vetur. Verum, idem *loci citato* loquitur tantum de cere-  
moniis circa administrationem S. Coena observandis, &  
saltem per modum consilii non pracepti insinuat. Ne-  
que certe generalis inde formanda est regula, cum ri-  
tuale ecclesiasticum in mera libertate consistat & attem-  
perandum ad genium, institutum, & hierarchiam cuius-  
vis ecclesia particularis. can. 3. 9. 11. *dispt. 12. conf. can. 8. de-*

*Con-*

*Consecrat. diff. 4.* Non dissitemur quidem in cœtibus publicis ad devotionem excitandam , illud procumbere in genua , plurimum conducere . Attamen in actibus domesticis hoc cujusque judicio committitur , ne alias dominatum quendam conscientiarum adstruere & vincula animis religiosis injicere videamur . Et hinc eandem istam geniculationem tanquam piam quandam ceremoniam retineri posse , sed non debere , affero . Adde Voetium , Polit. Eccles. P. I. Lib. II. Tr. 2. Sect. 4. cap. 5. §. 3. Brochmandum , System. Theol. Loc. de Cœn. Dom. cap. 8. sect. 8.

## §. IV.

Huc porro pertinet decantata juris quæstio ; An recitatione orationis dominicae injuria censetur remissa , & injuriarum actio extinta , per hoc , quod precans in quinta petitione deprecetur , *Remitte nobis peccata nostra , sicut & nos debitoribus nostris debita remittimus ?* Est sane hæc quæstio multum inter Doctores agitata , communiter tamen negative deciditur , cum per hanc recitationem rancor quidem animi & vindicta PRIVATA habeatur remissa , non vero PVBLICA , quæ ad coercendam iniuriantis malitiam , juxta receptum juris ordinem , magistrati permittitur : Wissenbach . Exercit. ad Pand. XXX. thes. 29. Struvius , Syntagm. jur. civil. Exercit. XLIX. thes. 64. n.2. Vnde etiam scite concludit Matthæi , de Crimin. tit. IV. cap. I. num. 15. Mibi , inquiens , iu hac quæstione separandum videtur officium magistratus a pietate atque officio actoris . Magistratus officium est , delictis si probentur , pœnam irrogare ; Conscientiam actoris judicis acumen non penetrat , ac ne potest quidem , ut maxime velit . Illud enim remiserit quis vere & ex animo injuriam offensionemque omnem , solus novit , qui intima cordis perspicit , atque perscrutatur .

E 2

§. V.

Nec desunt tamen hujus decisionis dubitandi rationes, potissimum ex eo, quod talis recitatio videatur dissimulationem quandam & remissionem tacitam involvere, quæ alias, ut actio injuriarum cesset, efficit. §. fin. *I. de Injur. l. II. §. 1. ff. eod.* Verum respondeatur, actus familiaritatis, non necessitatis, talem effectum civiliter producit; jam vero ad posteriorem illa orationis dominica recitatio ex præcepto & instituto Salvatoris referatur, & hinc tale quid in foro civili operari non potest. *arg. l. 31. C. d. liber. caus.* Nimirum ad duo obligatur injurians, (1.) ad depreciationem ex officio tum civili, tum Christianismi, qua offendam animi petat remitti; (2.) ad satisfactionem, propter denegatum civilis estimationis debitum. Prior offensa & laſio per recitationem orationis dominica est remissa, ita ut res propriæ delinquentis conscientia & judicio divino habeatur commissa; Sed hæc posteriori non præjudicat, in qua tamen ratio formalis injuriarum actionis consistit, quoniam hæc ex diverso capite promanat, & sine noxa sui non potest omitti: posset enim facillime per neglectum & contemtum, aut placidam remissionem animi, suspicio nasci, quasi injuriatus conscientia veri imputati criminis vel alius famosi, tacuerit, & sic viæ manus præbeat, atque ita impune expositas omnibus injuriantium calumniis, quod sane percoquere & innumeris se molestiis atque periculis exponere contra amorem sui naturalem & ordinatum seipsum conservandi studium, foret. Adde Struvium *de Invoc. nom. divin. thes. 25.* Eleganter hanc in rem Sande, *Lib. V. Decif. Frisc. Tit. VIII. def. 12.* de actione hac injuriarum scribit: *Non enim hac actio meram vindictam persequitur, sed & continent integratam, innocentie atque existimationis sue defensionem arg. l. 18. d. injur. Quam sartam teclam*

rectam conservari nostra maxime interest. Philo Judeus, non est, inquit, negligenda bona fama tum ad custodiam, tum ad dignitatem vite utilis. Et Augustinus, Serm. 59. ad fratres in eremo, mibi, ait, sufficit bona conscientia, vobis autem necessaria fama mea. Præterea distinguendum est inter privatam, & legitimam seu publicam vindictam; Illa prohibita, hæc permissa est, tum, qua eam exequitur Magistratus, tum qua privatus contendit conservacionem famæ, non animo irritato & privatam vindictam spirante, sed mansueto & composito ad persecutionem sui honoris. Ideo neminem de necessitate salutis satisfactionem sibi debitam pro iuroria, sed tantum rancorem remittere teneri, traditur, in Cap. si is. 28. caus. 23. qu. 4. Atque hinc, si quis proferendo orationem dominicam aut peccata sua confitendo, debitoribus suis peccata remiserit, eum nihilominus injuriarum agere posse, communiter placet.

## §. VI.

Et hæc quidem sententia in foro soli ac quotidiana praxi satis comprobatur. Verum, quatenus in foro poli & conscientia obtineat, non absque censura & disquisitione remanere potest. Certe, rationes in utramque partem suppetunt. Etenim pro affirmativa, injuriam scilicet per hoc esse remissam, militare videtur (1.) quod rancor animi & vindicatoria actio sint connexa & veluti correlata, ut proinde uno per seriam invocationem divini nominis sublato, & alterum tollatur, necesse sit. (2.) Quod pietatis officium non possit esse sine fructu & conjunctis bonis operibus, tanquam necessarium consequens, atque sic intima summæ majestatis deprecation & vera humiliatio cordis, non possit non etiam plenariam, respectu proximi remissionem involvere. Petr. Theodor. Colleg. crim. cap. 2. apb. 21. num. 13. 16.

Vrgent (3.) dictum CHRISTI Salvatoris *Mattb. V. 39.*  
 nec non præceptum Apostoli Pauli , *I. Cor. VII. 7.* Ve-  
 rum recte advertit Glossa LVTHERI ad locum Mathai  
 citatum , accipienda hæc esse Scripturæ loca , de vindic-  
 ita privata , nec per hanc excludi vindictam magistratus  
 publicam , qua delicta non debet impunita relinquere ,  
 prout ipse Apostolus semet explicat , *Rom. XII. 19.* scilicet  
 Deo committendam esse vindictam , atque ita etiam ma-  
 gistratu*i*, cuius cognitioni & decisioni causa ista desertur ,  
 vel per viam simplicis denuntiationis , vel per ordinariam  
 injuriarum actionem , legibus publicis conditam ; Cum  
 enim magistratus politicus vices Dei in terris gerat , uti-  
 que vindictam de noxio sumere debet & potest . Atque ex  
 his etiam facile patet , quid ad reliqua duo superiora ar-  
 gumenta regerendum sit , scilicet , quod malus a-  
 nimi affectus & vindicandi cupiditas bene separari a pœ-  
 na ipsa , possit . Ut enim in ipso divino Numine affectus  
 iræ attributum est iustitiae divinæ , nec non in magistratu*i*  
 potestas punitoria non statim in pravam vindictæ cupidi-  
 tatem incidit : Ita quoque in privato læso , alius est com-  
 motus animi iracundi affectus , alia vero legitima iuris &  
 pœnae debitæ persecutio . Neque inane per hoc fit pie-  
 tatis studium , cum aliis modis pœnitenti reo & respi-  
 sciendi officia humanitatis exhiberi queant , nec præcise  
 in intempestiva misericordia consistant .

### §. VII.

Negativam porro sequentes rationes evincunt , (1.)  
 quod actio injuriarum specimen naturalis defensionis  
 contineat , quæ moraliter non tantum est licita , sed etiam  
 præcepta , *I. ut vim. 3. ff. de I. & I. Conf. Grotium de-  
 Iur. B. & P. Lib. I. cap. II. §. 5. Lib. II. c. 1. §. 10. Puffen-  
 dorffium , de I. N. & G. L. I. cap. VII.* Sicut ex  
 prin-

principiis moralistarum & exemplo retorsionis abunde evincitur, vid. Slevogt, *Epistol. de Retorsione injuriarum*, & Struvius, *de Vindicta privata*, (2.) quod alias Christianorum nemo injuriarum agere posset, quod foret absconum, Io. Faber, *ad §. fin. I. de injur. n. 2.* si quidem suam suorumque injuriam prosequi Christiano denegatum non est, Tiber. Decian. in *Tract. Crim. Lib. III. cap. 4.n.r.* & seqq. Et idcirco dicitur, quod accusatio de injuriis sit actus iustitiae, qui prohibitus non est, Covarruv. *Variar. Resol. Lib. II. c. 20.* Bruckm. *Vol. II. Conf. 26. n. 67.* & seqq.

## §. VIII.

Vnde consecutarium fluit, neque per viam denuntiationis evangelicae, aut fori ejusdam poenitentialis, clericum, poenitentiarum forte injuriati, se posse huic rei immiscere, eundemque ad transigendum super injuria, rigidiori comminatione, cogere, multo minus ab usu S. coenæ arcere: cum ad officium pastorale tale quid non pertineat, sed sapiat speciem alicujus jurisdictionis, quam involare clericus non debet. Licit enim clerici sit, patres ad amicabiles compositiones & reducendam concordiam commonere, tamen ultra limites admonitionum ecclesiasticarum ejus potestas non extenditur.

## §. IX.

Ab abusum porro orationis dominicae refertur, si quis eandem recitet mutilatam, & forte propter rixas cum vicino exercitas, verba quintæ petitionis, *VVIE VVIR VERGEBEN VNSERN SCHVLDIGERN*, omissat. Atque hoc quidem casu piis ab initio admonitionibus is est excitandus, quod si vero pertinax fuerit, graviori cen-

censura ecclesiastica, a Consistorio infligenda, dignus erit,  
vel si scandalum inde oriatur publicum v. g. si pastor in  
concione publica tale quid studiose omittat, suspensione  
aut remotione ab officio ille poterit coerceri.

## §. X.

In collectione herbarum medicinalium quandam adhibitam fuisse orationem dominicam, constat ex can. 3.  
caus. 26. qu. 5. ubi Martinus Papa ex decreto concilii prohibet, ne in collectionibus herbarum, que medicinales sunt, aliqua obseruationes aut incantationes liceat attendere, nisi tantum cum Symbolo divino aut Oratione dominica, adjecta ratione, ut tantum Deus & creator omnium honoretur. Eadem sententia Augustino tribuitur, in can. 16. d. caus. 26. qu. 7. ubi illos damnat, qui in collectionibus herbarum carmina dicunt, aut pycnaciola pro quaenam infirmitate scripta super homines vel animalia porunt, praeter symbolum & Orationem Dominicam. Ex quibus textibus Coepoll. ad Tit. d. verb. sign. in rubr. n. 100 slegg. juxta mentem quidem Thomae, concludit, omnes incantationes, quae sunt cum oratione dominica vel symbolo, esse permissas, si modo nihil ex superstitione, puta per charecteris, incognita nomina, ligaturas & similia interueniat. Verum, licet non negemus, pie ac deuote herbarum collectorem se gerere debere, ut scilicet per illas figuratas rerum imagines manuducatur quasi & excitetur ad honorem & laudem summi Numinis, quod tales vim herbis indidit: Neutiquam tamen supersticio approbatur, quasi recitatione verborum dominicae orationis aut symboli fidei majus sanandi robur herbis concilietur; id enim nihil aliud est, quam abusus sacri verbi, qua homines a solida cognitione Dei, ad externa & caduca se ducunt & veram fidem perdunt. Atque hoc pertinet judicium Geieri, quod de superiori Juris canonici dispositione tulit, in diff. de super-

103 (41) 60

superbit. cap. 3. thes. 27. ita scribens: *Quid fidei professio se.*  
*Symboli recitatione cum collectione herbarū habet commune?*  
*Cur non aque recitare licet verba decalogi, institutionis bapti-*  
*sni vel eucharistie? Et sane, verbis, tanquam quantitatib⁹,*  
per se nullam inesse efficaciam, ipsi agnoscunt Philosophi,  
quid igitur orationi dominica, quoad externam formam  
considerata, vim sanandi tribuere, aliud est, quam mera  
supersticio? *Quam ipsam quoque reprehendit ius canonis-*  
*cum, in can. fin. caus. 26. qu. 5. vbi sequentia habentur.* Si  
autem aliquis mihi opponit, & dicit, quomodo possunt agris  
prebere medelam, si aliquid propriæ virtutis ac potestatis non  
habent? hoc a me accipiat responsum: quod ideo quisq; non de-  
bet eis credere, quia aliquando sanare videntur languidos,  
quia hoc permisſu Dei sit, ut ipsi, qui hac audiunt vel vident,  
probentur, & appareat, qua fide sint vel devotione erga De-  
um. Hinc & Augustinus, lib. de civ. Dei, cuius verba legun-  
tur in can. 7. caus. 26. qv. 2. recte admodum ait: *Qui sine*  
*Saluatore salutem vult habere, & sine vera sapientia estimat*  
*prudentem se fieri posse, non sanus, sed eger, non prudens,*  
*sed stultus ac demens permanebit.*

S. XI.

Constantini quidem Imperatoris obiici posset con-  
stitutio, quæ allegatur in l. 4. C. d. malef. & malibem. in qua  
Imperator carmina magica, qua Suffragia vocantur, pro  
remediis ad morbos depellendos adhibita, impunita relin-  
quit. Atque inde Decianus, Lib. III. Consil. 20. colligit, pro  
tuitione corporis & rerum suarum & præsertim tutione to-  
tius populi, posse quem utri arte magica & incantationibus.  
Verum hoc pietatis & Christianismi ratio non admittit.  
Vnde etiam iure meritoque ista Constantini lex a Leone  
Imperatore, in Nov. LXV. abrogata fuit. Et licet Iustinianus  
illam Constantini legem in suum Codicem retulerit, tamē

F

hoc

§ 8. (42) § 9.  
hoc non alio sensu fecisse intelligitur, quam ut per hoc  
remedia licita probentur, ad quæ superstitiosa illa her-  
barum collectio referri nequit, Struvv. *dissert. criminis*  
*dissert. VII. thes. 17.*

### S. XII.

Orationis pariter dominicæ abusus est, verba illius  
per jocum & lusum traducere, quorsum referre licet, si  
detestationem alicujus rei declaraturus, dixerit: Libera-  
nos ab omni malo, id enim omnino profanationem di-  
vini nominis inferre, nemo dubitat. Excusat tamen di-  
centem quadantenus, si hoc dicterium ex præcipitantia  
fuerit elapsum. Conf. Struvvius, *de invoc. nom. div. thes. 40.*  
Majorem impudentiam & neglectam erga Deum rever-  
tentiam produnt illi, qui orationem dominicam interje-  
ctis quibusdam verbis in pasquilli formam convertunt,  
atque sic pravos mentis corruptæ mores satis superque de-  
monstrant. Tale animi excoecati exemplum Colonien-  
ses rustici præbent, seriem orationis dominicæ, in com-  
positam, contra Gallos hostes, precandi formulam com-  
munitantes, quam exhibet Thomas Schmidius, *in historica*  
*orat. dom. expositione*, p. 172. n. 143.

### S. XIII.

Præter ea in judicio crucis quondam abusi sunt, qui  
ejus recitatione veritatem facti seu delicti perpetrati  
scrutari volueruet. Ego quidem, quid per hoc judi-  
cium intelligatur, operose non inquiero. Alii enim cru-  
cem, genus armorum fuisse, putant, quod ad probatio-  
nem innocentiae adhibitum fuerit, teste Vito Amerba-  
chio, apud Gretserum, *Lib. II. de cruce*. Alii cru-  
cis lignum in ignem conjectum fuisse, atque hoc ipso  
inno-

( 43 )  
innocentiam apparuisse, tradunt, juxta eundem Gretserum, T. I. & III. Lib. de Cruce. Alii fortis divinatoriae genus in hoc crucis judicio querunt, qui Tacitum, de moribus Germanorum, sequuntur.

§. XIV.

Nec illud crucis judicium attingo, quod species pœnitentiae fuit. Etenim ad crucem expansis brachiis stare vel se prosternere, ita exponitur, in Canonibus Saxoniciis Edgardi Regis, cap. de Magnatum pœnitentia §3. Sepe etiam se extendat super signum crucis, nunc eretus, nunc in terra prostratus. Huc refert, quæ Petrus Damianus habet, Lib. I. Epist. 19. ubi : *Is itaque, scribit, quandam scriptiunculam reperit, ubi dicebatur, quia si quis duodecim illuc notatos psalmos vices quater eretis in modum crucis manibus caneret, pro uno posset anno pœnitentia regulariter compensare.* Plura hujus rei testimonia ex Chrodogando, & Vitæ S. Austræberæ Autore, item ex S. Lamberti Vita, adducit Carolus Du Fresne, in Glossario, T. I. p. 1275. Huc denique referendum existimo, quod Halitgarius Cameraensis, in Pœnitentiali, cap. 10. retulit: *si titubaverit sacerdos super orationem dominicam, qua dicitur periculosa, una vice 50. psalmos, secunda vice centum plagiis.*

§. XV.

Illud vero cucis judicium huc maxime facit, quo expansis in crucis formam brachiis suspecti de criminе ad crucem stabant certo ac definito tempore, usque dum oratio dominica aut evangelium recitaretur. Qui immobiles permanebant, innocui, qui vero titubabant, noxii habebantur. Me non piget ex Rudolpho Fuldensi, quæ in Vita S. Lio, Bischoffheimensis Abbatissæ, cap. 15. hac de re tradit, exponere. Cum enim infantulum recens natum in monasterio reperissent, illudque criminis alicui e Sanctimonialibus adscriberetur

**Lioba praecepit omnibus oratorium ingredi & extensis in crucis modum brachis stare, quoad singula psalterium totum ex ordine, psallendo complerent, & deinde per tres vices in die, hoc est tertia hora, sexta & nona, pexillo crucis elato, cum Litanis monasterium circuire & pro purgatione sua divinam misericordiam invocare.** Quod cum fecissent & in hoc ordine iam bis expleto, hora nona omnes ecclesiam intrarent, cunctusque populus pariter congregatus adesset, B. Virgo Lioba perrexit ad altare & stans ante crucem, que tunc iam tertio portanda parabatur, extendit manus in celum & cum gemitu ac lacrimis precabatur. Hoc cum dixisset, paupercula illa, mendica, antiqui hostii & captiva pariter & ministra, demonio repletur, & quasi flammis circumdata, nomen invocat abbatissae, crimenque, quod commiserat, confitetur. Tum vero, in celum clamore sublato, plebs omnis obstuuit miraculo &c.

## S. XVI.

Quanquam igitur veteres multum veritatis in hoc crucis iudicio & que ac in aliis innocentiam probandi modis, utpote, Duellis, Igne, Ferro Candenti, Aqua Fervente & Frigida, Eucharistia Participatione, &c. posuerint; attamen, maiorem in iis incertitudinem, ac veritatem fuisse, puto, cum Becmanno & Zimmermanno, *de Iudiciis Dei*. Stirnhoek, *de Iur. Sueon.* Paulo Hachenbergio, *in Germania media*, aliisque. Non raro enim innocentissimi hominum iis succubuerunt, non pauci vero scelentissimorum, in quibus metus Dei nullus cultusque fuit, salvi evaserunt atque incolumes. Id quod plurimi historiarum scriptores plus vice simplici testantur, ut immortalem hinc sibi gloriam comparaverit, qui modum hunc abrogavit, Ludovicus Pius, Imperator, prout legitur, *in capit. Aquisgr. ann. 816. c. 27.* & in Leg. Longobard. Lib. II. tit. 55. §. 32. & alibi. Sancitum est, ut nullus

multus deinceps quamlibet examinationem crucis facere præsumat, ne Christi passio, que glorificata est, cuiuslibet temeritate contemptui habeatur. Rectius hodie quæstiones & tormenta in horum locum surrogata sunt, quorum ope veritas certius longe cognoscitur.

## §. XVII.

Eiusdem fere preti habetur quod olim per casei mandationem exequabantur iudicium. Hoc enim veteribus in moribus erat positum, ut caseum characterib⁹ ac literis, quin imo oratione dominica pictum, gustandum reo offerent. Opinabantur quippe, non posse aliquem mali conscientiū, caseum diris devotum, deglutire. Formulam, qua usi sunt in consecratione, refert Petrus Pitheus, in *Gloss. ad Capitul. Caroli & Ludovici*, quae talis est: *Presta quesumus, Domine, per sanctum & mirabile nomen tuum, ut qui reus est huius criminis, ad appositi ameli pro offensione rei veritatis creaturam panis sanctificati vel casei, faux ejus claudatur, guttur eius stranguletur, & in nomine tuo ante illud eiiciatur, quam deuoretur. Sed spiritus diabolicus, in hoc negotio ad subuertendum iudicium nihil prevaleat.* Quo pertinent etiam formulæ in nonnullis codicibus monasteriorum, quibus ad detegenda furtæ, iubebatur oratio dominica scribi in pane & caseo, simulque præparabantur crucis de tremulo, quarum una sub dextro pede, alia super caput rei ponebatur. Post varias deniq; invocationes Dei imprecabantur, ut lingua & guttar nocentis rei alligaretur, ne transglutire posset, sed tremeret, nec haberet, quo requiesceret. Morem hunc per panem & caseum explorandi, a paganis promanasse qui volunt, ad istud Horatii provocant.

*Vtque Sacerdotis fugitivous liba reuso.*

Hinc ACRON non inepte scribit, in furti suspicione reos

ad Sacerdotes paganorum ductos fuisse, qui crustam panis, characteribus pictam, singulis exhibuerint. Quam apud Siamenses consuetudinem, hodiernum observat Iodoc. Schutten, in *Acerra exot.* p. II. c. 24. p. 547. & ex eo, Schottelius, de singular. & antiqu. *Germ. jur.* c. 28. p. 555. Ceterum, ouis & caseo vesci, pœnitentia species fuit, can. 5. dist. 82. Conf. Zimmermann. in *Analect.* p. 643. & 648. item, in *dissert. de Judic. Dei,* c. 5. n. 5. Beermannum, de *Judic. Dei,* c. 5. n. 5. & qui ex instituto hoc persequutus est negotium, Eberhardum Rudolphum Rothium, in *dissertatione*, anno 1677. Vlma habita, de antiquissimo illo more, quo veteres innocentiam suam per *S. eucharistiam*, panem execrationem, caseumque, probasse leguntur. Denique, quam incerta sit haec probandi & explorandi ratio, nemo non videt, qui autores hactenus allegatos vel primis labris guſtaverit. Hoc saltem addo Molinæi, ex *Vate Lib. III. cap. XXII.* *Hec vis est conscientie trementis & animi anxiis,* ut cibi meatum ardet, & fauces sic obſideat, ut egere admittant caseum, pinguem, lentum, ac viscosum, panemque calidum, cuius materia tenax & non friabilis.

## S. XVIII.

In ovorum coctione num adhibenda sit oratio dominica? queritur. Meminit hujus perversæ consuetudinis Thomas Schmidius, in *bistorica orationis dominicae tractatione*, p. 263. n. 225. scilicet ad temperaturam coquendorum ovorum cognoscendam, trina vice orationem dominicam esse recitandam. Cujus quidem rei originem ex re culinaria deducere licet, neque in se improbanda, quatenus nimirum mensura temporis, in coquendis ovis observanda, denotatur, quod deinde in malum morem degeneravit, ut oratio ipsa per abusum recitata fuerit.

fuerit. Licet vero hic abusus ita sit improbandus, tamen, si fiat ex simplicitate quadam domestica, prius hoc pia admonitione corrigendum erit; quod si vero fraterna illa commonefactio non proficiat, severiori censura ecclesiastica, res digna judicari poterit.

## §. XIX.

His igitur, quæ de Oratione dominica differui, finem ex voto impono. Quanquam enim plura suppeditare potuisset thermatis hujus amplitudo & excellentia, tamen, cum citra spem & opinionem prolixior mihi esse contigerit, nec tractatum, sed dissertationem, quæ intra legitimos se continere debet cancellos, conscribe. re induxerim, abrumpo, ne tua, L. B. patientia abuti videar. Ceterum pro hoc exiguo labore feliciter emen-fo decentes Deo gratias habeo; Sit igitur ejus nomini laus & gloria sine

F I N E.





VD 18


**ULB Halle**  
006 754 961

3





B.I.G.



171226 b  
16

Q. D. B. V.  
DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA  
DE EO QVOD IVSTVM EST

CIRCA

P. 369

# ORATIONEM DOMINICAM, vom Säfer Unser/

Quam

Divina Assistente Gratia

PRAESIDE

Illustri atque Excellentissimo VIR O

DN. CHRIST. WILDVOGELIO,

ICTO Consummatissimo,

Serenissimo Principi Saxo-Isenacensi a Consiliis intimis, Curia Serenissim.  
Saxonie Ducum Provincialis Consiliario splendidissimo, nec non Ante-  
cessore in Alma Salana gravissimo ut & Scabinatus ac Facultatis Iuri-  
dice Primario Affectore,

Patrono, Praeceptore ac Hospite suo etatem devenerando  
PRO LICENTIA

Summos in utroque Iure honores rite capessendi  
publice Eruditorum disquisitioni submittit

M. IO. GOTTLIEB OLEARIVS, Hala Magd.

Fac. Phil. Ien. Adiunctus.

Ad. D. 20. Febr. M DCC XII.

IENAE, Litteris Mullerianis.

